Esto igitur hujus Capitis

Membrum I.

5. Reip. Lus. facies antiqua; Reipublicæ Lusatiæ nostræ facies antiqua
qualis fuerit, cathegorice pronunciare
6 ratio. omnino negamus. Incerta enim
omnia, ab incertis etiam auctori-
bus non possunt non proficisci res q;
ipsa à nostra memoria propter vetu-
statem remota est, in monimentis
etiam litterarum neq; formam gu-
bernationis, neq; nomina Guberna-
torum conservata ullibi legimus;
7. in Historicis; si quid vero dandum est conjectu-
8. interdum etiam; ris et fidei atq; auctoritati quorun-
dam gravissimorum scriptorum
primus Lusatiæ Dominus fuit.

9. primus Lus. Dom. Hermannus s. Hermion s.
Harminius et
Herimannus.

uti vocatur, Istevonis Regis Germ:
filius, quintus in ordine ab Asche-
naze s. Thuiscone, Germaniæ Rex.
Hic inter alias provincias Lusa-
tiam etiam primum regnasse a. mundi
10. Ejus successores 2123. in Spangenb. Chron. Sax. c. 12
11. historicor. lacunæ. p. 15. legitur. Successores Imperii
hujus Germanici et consequenter
Lusatiæ, ibd: habes, ubi tamen recte
Historicorum annotat. Spangenb.
circa illa tempora lacunas, usq; ad

12. Merobodus. Merobodum, Meerbot.

Suevorum et Marckomannorum
Regem. Hunc cum aliis germa-
13 quas provinc; niæ regionib: Bohemia, Polonia,
14. an et Lusat. Silesia, Brandenburgica, etiam
Lusatiam tenuisse tota scriptorum
cohors stipatis conclamat testimo-
niis.